

Band V., Nr. 1505, Seite 272

Graf Albert von Hohenberg und die edeln Brüder Rudolf und Rudolf von Höwen beurkunden, dass weder sie noch ihre Vorfahren je an dem von Ritter Heinrich von Nagold, Dienstmann des Grafen Gottfried von Calw, durch die Hand seines Herrn und mit ihrer Einwilligung an das Kloster Kirchberg übergebenen, in ihrem Gebiete gelegenen Hofe in Nagold lehensherrliche Rechte gehabt haben.

Ohne Ortsangabe, 1258. September 2.

Universis presentem paginam inspecturis Alberthus comes de Hohenberg, Rūdolfus et Rūdolfus, fratres nobiles de Hewen, salutem et veritatis testimonium^a acceptum. Notum facimus, quod nos investigata diligentius veritate a quampluribus nobilibus militibus et aliis fide dignis invenimus, Hainricum militem dictum de Nagelte, ministerialem Götfridi comitis de Calwe, curtim suam in Nagelte nec a nobis nec a nostris predecessoribus vel parentibus iure feudali vel in toto vel in parte aliqua tenuisse, sed a suis progenitoribus nomine et iure predii possedisse. Supplicatione autem iam dicti Hainrici militis et dilectarum in Christo priorisse et conventus sororum in Kilchperg nec non et veritatis amore permoti tenore presentium protestamur et veritati testimonium perhibemus, quod idem Hainricus miles per manum domini sui iam dicti Götfridi comitis de Calwe et voluntatem liberam, accedente etiam nostra benivolentia et favore, memoratis priorisse et conventui sororum in Kilchperg contulit iam dictum predium in Nagelte in nostro situm territorio cum omnibus suis appendiciis absque omni contradictione sui et suorum^b heredum et nostra libere et absolute in perpetuum possidendum. Huius igitur protestationis testes sunt: Rūdolfus comes de Habchsburg, nobilis de Nuwehusen, Hermannus miles de Owe¹, Alberthus miles de Werbenwâg et Hugo miles frater suus, Hugo miles de Wehingen, Waltherus capellanus in Kilchperg et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentem cedula[m] sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam.

 Datum anno domini M^o. CC^o. LVIII^o., IIII. nonas Septembris.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg aus dem 16. Jahrhundert, fol. CXXX.

^aDie Vorlage hat, verschrieben: *testimomonium*.

^bDie Vorlage hat offenbar unrichtig: *sororum*.

¹Obernau.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 161, S. 130.

Editionen:

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 20.

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 403.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Burg Wehingen

Ortsindex:

Burg Hohenhewen Wüstung (23449)
 Burg Hohenhewen, Engen, KN, W
 Burg Wehingen Wüstung (23434)
 Burg Wehingen, Wehingen, TUT, W
 Calw Wohnplatz (6981)
 Calw, CW
 Habsburg, Kt. Aargau, Schweiz
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Kirchberg Wohnplatz (12729)
 Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
 Nagold Wohnplatz (6854)
 Nagold, CW
 Neuhausen Wohnplatz (14343)
 Neuhausen, Engen, KN
 Obernau Wohnplatz (16181)
 Obernau, Rottenburg am Neckar, TÜ
 Schloss Werenwag : Hausen im Tal, Beuron SIG
 Schloss Werenwag Wohnplatz (21048)